

amentes. quid dico « tanquam » et cur non tecum libere « stultos », ut, ferunt, quodam loco reliquit epidimia quoscunque non necuit? dira profecto lues ac teterima. o enim infelices qui supervixerunt! nam satius est emori quam despere. et tu sapientem hoc loco concludis, negasque eo dignam esse profectionem, scilicet ut frequentes gemitus exaudiat, ut intersit fletibus, ut olfaciat cadavera, et, ne omnia resumam, ubi eius relaxare mores oporteat et intermittere sua studia, quodque temerarium est et non minus fatue quam inutiliter temptari videtur, ubi subeat quibusque momentis cum morte certamen, et, quod ipsa morte, sicut modo diximus, 10 longe magis est formidandum, ubi sit in ambiguo sapientiam insipientia commutandi. hec igitur ut evitentur; que non sunt incommoda sed dolores, sed miserie, sed infelicitates; nonne sapientis est ab domicilio pro tempore digredi, tanquam ex putri et ruenti domo prosilimus? nam incommoda illa, que dicta sunt eos committari qui domo procul absunt, si his compares, aut nulla sunt omnino aut certe perexigua. sed neque longinas urbes ob hoc peti, vel adiri loca remotissima necesse est. in proximo patet sepius aer sospes, quo te conferas commodissime, ita ut nec domo digressus videare. ita in loca proxima se contulere decem illi, quorum 20 festivus et dulcis poeta Iohan(n)es Boccatus concivis tuus meminit in suo Decameron; quem librum cum in auspicio legis, quid funestius aut quid terribilius ea lue quam retulit cogitari potest? atque hoc non eo dixisse velim ut humanitatem secludamus, unde futurum sit egros esse sine auxilio, demortuos sine sepultura. hec 25 vero ne accident, hi current quorum ea sint officii. nam ego is non sum, qui velim oratione mea quenquam ab officio pietatis submoveri. id enim nunquam committendum est, ut, officio deserto, quod sine turpitudine fieri non potest, salutem anteponamus honestati. quo eciam tibi sum equior, qui liberum digressum non habes, quod officium cui presides exigit te adesse, si id quoque curas tibi persuadere, ut ultro velis ac tua sponte facias quod voluisse aut omisisse nisi cum culpa non possis. id autem est in quo tuam moderationem desidero, quod eciam non moleste ferre non possum, te illos incessere qui sue salutis, tranquillitatis, otii, studiorum rationem habent, nullis 30 officiis muneribus violatis. ac, ut tibi in hoc iam palam adverseri,

Infelici costoro!
Ché è meglio morire che impazzire.
In questo luogo dunque Antonio rinchiude il savio, affinché a scolti i gemiti, senta il lezzo, perda il buon costume, interrompa gli studi, lotti con la morte,

e corra pericolo di impazzire.

O non sarebbe da savigio evitare tante miserie, lasciando per piccolo tempo la propria dimora?

A paragone d'esse, ben poco cosa sono gli incomodi che dovrà sostenere,

nè occorre che si vada lontano per trovare un'aria sana,

come dimostra l'esempio de' personaggi ricordati dal Boccaccio.

Né, così dicendo, vorrebbe che si venga meno alla carità verso i malati ed i morti, di cui devono aver cura coloro a' quali tal ufficio incombe;

ch'è turpe cosa sarebbe anteporre la salute all'onestà.

Antonio, è vero, non può lasciare l'ufficio che tiene, ma si persua da della propria responsabilità,

e si astenga dall'inveire contro coloro che, senza infrangere alcun dovere, curano la salute, la tranquillità, e gli studi.